

AD LECTOREM.

enjusdam diluvii instar universum penè orbem
Christianum obrueret, at nihilo tamen minus
semper non excepto nemine, qui illi contradiceret;
Id quod ex Catalogo testium Veritatis deprehen-
dere licet, si id cognoscere cui lubeat. Unum hoc
monuisse nunc quidem suffecerit, ex palinodiâ
Berengarianâ, propter absurdissimam impieta-
tem, & impientissimam absurditatem, motus non
leves extitisse, Lombardo manifestâ contradic-
tione illam, ac proinde ipsum quoque Concilium
contra Berengarium congregatum, damnante;
aliter illam Guimundo, aliter Bonaventurâ &
Cardinali de Turre crematâ, explicando inter-
pretantibus.

L. 4. d. 12.
c. 2.

L. 1. con.
Bereng.

Pulchra hæc meretricula, Transsubstantiatio,
prolem non minùs pulchram peperit, cui itidem
monstruosum Consubstantiationis, & impanatio-
nis ac Invinationis, & Coëxistentie nomē sono pe-
nè tremendo inditum constat, quòd Transelemen-
tationis rectius sentientes pudere inciperet, in quo-
rum numero Gulielmus Occamus Anglus, Sco-
ti discipulus, & à Papâ excōmunicatus, et Petrus
de Aliaco Cardinalis Cameracensis, (Lutheri, et
sorū, qui hunc sequuntur, præceptor) recensentur.

Guim. l. 3.

A. 1320.

A. 1417.

At his tamē magnâ vehementiâ atq; acerbita-
te aliis nonnullis, nominatim Guimundo, Lan-
frāco, Lombardo, Thomâ, et ceteris cōtradice trib.
usq; dum tandē Concilium generale Lateranense
Transsubst. dogma portentosū, sub Innocentio
III. cōfirmaret: et circa ista tempora etiam a tri-

A. 1215.

) (4

cularis